



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacrosancti Et Oecvmenici Concilii Tridentini, Pavlo III.
Ivlio III. Et Pio IV. Pont. Max. celebrati, Canones Et
Decreta**

Tridentinum <1545-1563, Trient>

Coloniae, 1615

Doctrina de Sacramento Matrimonij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42415

SESSIO XXIV.

QVAE EST OCTAVA,
SVB PIO IV. PONT. MAX.
CELEBRATA DIE XI.
NOV. M. D. LXIII.

Decretum de Sacramento Matrimonij.

a Gen. 2. 3.
Esdræ 4.
Ephes. 5.
1. Cor. 6.
c frater-
nitatis 35.
q. 10. c.
debitum.
de biga. c.
1. in prin.
de coniu.
lepr.
b Mat. 19.
c. Mat. 19.
Marc. 10.
1. Cor. 6.
Ephes. 5.
c. sūt qui
7. q. 2. c.
fi 20. q. 2.
c. de infi-
delib. de
confan.
& affin. c.
Martinus
de cog.
nat. spir.
d Ibid.
e c. nemo
in fin. 32.
q. 4.
Eph. 5. in
fin. c. de-
bitum. de
biga.

Matrimonij perpetuum, indissolubi-
lemq̄ nexum primus humani gene-
ris parens diuini Spiritus instinctu
pronunciauit, cū dixit: Hoc a nūc os ex osi-
bus meis, & caro de carne mea, quā obrē b re-
linquet homo patrem suum, & matrem, & ad-
hærebit uxori suæ, & erunt duo in carne vna.
Hoc autem vinculo duos tātummodo copu-
lari, & coniungi, Christus Dominus apertius
docuit, cum postrema illa verba, tanquā à Deo
prolata, referens dixit: c Itaque iam non sunt
duo, sed vna caro, statimq̄; eiusdem nexu fir-
mitatem, ab Adamo tanto antè pronūciatam,
his verbis confirmauit: d Quod ergo Deus con-
iunxit, homo non separet.

Gratiam vero, que naturalem illum amo-
rem perficeret, & indissolubilem vnitatē con-
firmaret, cōiugesq̄; sanctificaret, ipse Christus
venerabilium Sacramentorum institutor, atq̄;
perfector, sua nobis passione promeruit, quod
Paulus Apostolus innuit, dicens: Viri diligite

uxores vestras sicut Christus dilexit Ecclesiam,
 & seipsum tradidit pro ea: mox subiungens:
 Sacramentum hoc magnum est: ego autem a
 dico in Christo, & in Ecclesia.

Cum igitur Matrimonium in lege b Euāge-
 lica veteribus cōubiis per Christū gratia præ-
 stet: merito inter nouæ legis Sacramēta annu-
 merandum, sancti Patres nostri, & Concilia, &
 vniuersalis ecclesie traditio semper docuerūt:
 aduersus quam impij homines huius seculi in-
 sanientes, nō solum perperam de hoc venera-
 bili Sacramēto senserunt, sed de more suo præ-
 textu Euangelij libertatem carnis introducen-
 tes, multa ab ecclesie Catholice sensu, & ab A-
 postolorum temporibus probata consuetudine
 aliena, scripto, & verbo asserunt, non sine ma-
 gna Christi fidelium iactura: quorū temerita-
 ti sancta, & vniuersalis Synodus cupiens oc-
 currere, insigniores prædictorum schismatico-
 rū hereses, errores, ne plures ad se trahat per-
 niciosa eorum contagio, exterminandos duxit,
 hos in ipsos hereticos, eorumque errores de-
 cernens anathematismos.

DE SACRAMENTO MA-
 trimonij.

CANON I.

Si quis dixerit, Matrimonium nō esse verè
 & propriè vnum ex septem legis Euangelice
 Sacramētis d à Christo Domino institutū, sed

L 3

ab hu-

a Ibid.

b Ephe. 5.

c Conci.
 Florenti-
 num sub
 Eugenio
 4. c. ad ab-
 olendam
 de hæret.

d Mat 19.
 Marc. 10.
 Ephe. 5. c.
 ad abolē-
 dam de
 hæret.